



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome Tribvnalis Sacramentalis Reverendissimi Patris Petri Marchantii

Zurmöllen, Heinrich

Neuhusii, 1677

Art. 2. De obligationibus Tutorum

urn:nbn:de:hbz:466:1-9734

in-
an-
ta-
um
an-
le-
rie
rtij
sta-
ut-
llus
iter
iam
te-
po-
un-
tio-
eo-
vi-
qui
&
se-
est,
no-
es,

frantes, surdi, cæci, muti, & hujusmodi à tu-
tela repelluntur. Hac etiam ratione mu-
lier à tutela repellitur; excipiuntur tamen
Mater & avia, si per testamentum consti-
tuantur, vel expressæ tutrices & admini-
stratrices relinquuntur: quia ob affectum
& amorem ad filios, illorum curam singu-
larem habituræ creduntur. Mater vero ad
secundas nuptias procedens tenetur tute-
lam deserere, quam tum in detrimentum
pupillorum habitura præsumitur. Omnes
autem qui ad tutelam fideliter admini-
strandam sunt capaces non tantum tutores
esse possunt, sed etiam tutelam, secundum
præscripta legum sibi demandatam assu-
mere tenentur, quia in bonum publicum
ita constitutum est.

Articulus Secundus.

De obligationibus Tutorum.

1. **T**enentur pupillorum moribus & in-
& instructioni invigilare, sunt enim pu-
pilli illorum curæ dati, ut tanquam Patres
sive patris loco illorum curam gerant.

2. Tenentur fideliter & paterno affectu

res pupillorum administrare, in eorum majorem utilitatem, unde Plato: lib. II. de legibus: Qui fæminam (inquit) maremve tutatur, & qui de legum custodibus (id est de Magistratibus) Tutorem observare constitutus est, non minus orphanos, quam si genuisset eos, diligat: neque res illorum pejus, quam suas, gubernet, imo etiam affectu animi melius.

3. Tenentur tutores defendere pupillos ab omni injuria tam personæ quam bonorum temporalium, imo & famæ.

4. Debent & possunt tutores pupillos, ubi deficiunt, corrigere, & debitis modis & pænis, à malis coercere, ac delinquentes ad meliorem frugem reducere. E contra, pupilli tenentur tutori obedire ut parenti, nec acta pupillorum subsistunt sine consensu tutorum.

Petes: Quando tutela finiatur, & illam finiri varijs modis. 1. Adveniente pubertate, quæ in fæmina 12. in masculino 14. anno advenit, ille vero qui tutoris officium usq; ad pubertatem egit, usque ad 25. annum curatoris officium, juxta leges nationum,

exer-

exercet. 2. Finitur morte naturali tutorum vel pupillorum. 3. Civili etiam morte finitur tutela, si enim tutor fiat Religiosus, professione emissa, non est amplius tutelæ capax: si pupillus etiam ad Religionem transit, à professione sua tam à tutoris quam curatoris subjectione liberatur. Item tutela finitur, si tutor suspectus, aut inventus pupillo inutilis vel damnosus à tutela removeatur.

Articulus Tertius.

De Peccatis Tutorum.

1. **P**ECCANT si ex defectu affectus vel vigilantia Tutorum, pupillus ad malos mores declinet, aut malis conversationibus se polluat.
2. Qui odio vel malevolentia pupillos sibi commissos persequuntur, & eos in aliqua incommoda vel mala præcipitant, aut alias sua duritia & animi crudelitate ipsis lapsus occasionem dant, vel male tractant.
3. Qui in bonorum administratione negligentes sunt, nec ullatenus pupillorum